



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

231. Juramentum de parentela quomodo inquirendum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

pœnitentiam anathemate percutiatur. Similiter si cum ea quam de fonte suscepit, vel quam ante Episcopum tenuerit, fornicatus fuerit. Legitimam autem, si habuerit, non dimittat uxorem.

Item de incestis. *Ex eodem.*

Concil. Vvor-  
mac. c. 36.

CCXXIX. Si quis cum filiastra sua fornicatus fuerit, post dissolutum conjugium pœnitentiam agat. Scilicet per triennij tempus à corpore & sanguine Domini suspendatur, carnem non manducet, vinum non bibat; & omnibus diebus jejundet, exceptis festis & dominicis diebus. Similiter de mulieribus quæ patri se clanculò in concubitu prostraverunt & filio observandum est, & qui duabus se absconsè sororibus pollutos cognoscunt.

Quòd cum sacramento illicita conjugia solvenda sunt. *Ex Concilio Triburiensi.*

Concil. Tri-  
bur. c. 49.

CCXXX. Quorum illicita conjugia scienda sunt, volumus ut juramento confirmatione ad unam mensam nec sub uno tecto simul cohabitent, vel quolibet familiari colloquio perfruantur, nisi in publico aut in Ecclesia. Res quas communes habuerint dividant, ne aliqua suspicio possit nasci atque incrementum.

Juramentum de parentela quomodo inquirendum.

Burchard. lib.  
7. c. 25.

CCXXXI. De illa parentela quam dicunt esse inter illum & istam ejus conjugem, quicquid inde scis vel audisti computare à tuis



vicinis aut tuis antecessoribus, quod tu per nullum ingenium, nec propter timorem, aut premium, aut consanguinitatem celabis Episcopo tuo, aut ejus Misso, cui hoc inquirere jufferit, quodcumque ex hoc te interrogaverit. Sic te Deus adjuvet.

De eadem re.

CCXXXII. Istud juramentum quod Burchard. lib. 7. c. 26. iste juravit de illa parentela quæ inter illum & ejus conjugem computatur, quod tu illud observabis in quantum sapis aut audisti. Sic te Deus adjuvet.

Sacramentum de incestuoso discidio.

CCXXXIII. Ab isto die jurabis quod Burchard. lib. 7. c. 27. tu per nullum ingenium te sociabis huic tuæ consanguineæ nomine illi, quæ contra legem & rectam Christianitatem usque in hunc diem tua uxor fuit, nec in conjugio, nec in adultério, vel fornicatione, nec cum illa ad unam mensam manducabis & bibes, aut sub uno tecto manebis, nisi fortè in Ecclesia aut in aliquo publico loco, ubi nulla mala suspicio possit esse, ut ibi coram testibus pro certa necessitate pariter colloquamini. Nec aliam conjugem accipies, nisi fortè post actam pœnitentiam tibi licentia data fuerit ab Episcopo tuo aut ejus Misso. Sic te Deus adjuvet & istæ sanctorum reliquiæ.

Invocatio judicij.

CCXXXIV. De hoc quod mihi reputa- Burchard. lib. 9. c. 79. tum est in hac synodo quod simul cum ista fe-